



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

XXVIII. Prophetia Aggaei,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO VII.

323

men ex adjunctione alterius prophetiae & utriusque *ἀπογεγράτη*, Christus utrobius homini non lucitofo videbitur expressus. Jonathan certe posteriore hoc loco, itidem ut priore, Christum reddidit.

**XVII.** De Messiae adventu Sophonias quoque vaticinatio extat tertio capite; *Prophetia ait enim ex Domini persona: Reddam populis labium electum, ut innocent omnes in no-* *Sophonias,* *mine Domini, & serviant ei humero uno. Nomen Domini hoc loco Regem Mcf.* *Soph. 3. 9, &* *fiat signare traditur in Berezith Rabba, & in Pulvere aromatico R. Machir, totamque hanc prophetiam Christo adjudicasse Judaeos testificantur. Reete sane, comple-* *seq.* *tam enim prophetiam hanc tuisse novimus in mirifica priscorum Christianorum con-* *cordia, quorum erat cor unum & anima una. Pergit Sophonias: Ultra flumina Euphrat,* *Soph. 3. 10.* *pis, inde supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi: simile illud & Psal-* *mo quadragesimo quarto, qui Messiae θελατνοῦ est: Filiis Tyri in muneribus vultum Psalm. 44. 33.* *tuum deprecabuntur, omnes divites plebis: simile quoque initio sexagesimi capituli de* *Christo Isaías prædicti, quod & in Eunuco Candace Regina extum habuit. Spon-* *bunt, & non erit qui exterrat: quod Christi eventurum temporibus pollicentem* *itidem Michæam audivimus, cum diceret: Et sedebit vir subiis vitem suam, & Mich. 4. 4.* *sabius sicum suam, & non erit qui deterreat. Iraeli postmodum promittit Sopho-* *nias, futurum ut in medio ejus sedem suam Messias constitutus: quod & apud* *Zachariam semel iterumque reperitur: Et habitabo in medio tui: & apud Ezechielem:* *Et erit tabernaculum meum in eis: quod & Discipulis suis Christus Jesus promitterebat:* *Zach. 2. 10, 11.* *Et ego vobis sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Quod adiicit Ezech. 37. 17.* *deinde Prophetus: Salvabo claudicantem, & eam que ejeta fuerat congregabo, &* *Matth. 18. 9.* *ponam eos in landem: hoc idem pene ἀνέξι apud Michæam de Christo prædictum* *Soph. 3. 15.* *Mich. 4. 6.* *supra vidimus.*

**XVIII.** Expectati Christi mysterium clarissima prophetia & celeberrima Ag- *Prophetia geus explicavit. Nam primum cum ait: Verbum quod pepigit vobis, cum egredieremini Aggei,* *de terra Egypti, & spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere; Ebrais in memo-* *riam revocare velle videtur nobile hoc vaticinium Mosis de Christo: Prophetam de gente* *tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies. Huic* *vaticinio subobscure repetito subjungit Aggeus: Hac dicit Dominus exercitum: Adhuc Agg. 1. 7, &* *annum modicum est, & ego commodebo celum, & terram, & aridam, & movebo* *seq.* *omnes gentes: & veniet Desideratus cunctis gentibus, & implobo domum istam gloria, dicit* *Dominus exercitum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercitum.* *Magna erit gloria domus istius novissime plusquam prima, dicit Dominus exercitum: & in* *loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercitum. Hanc orbis commotionem Christo ac-* *commodat Paulus in Epistola ad Ebraeos; cuius, aliorumque Novi Testamenti Scri-* *ptorum in Vetere explicando auctoritat multum tribuo; quod, ut superius saepe di-* *xisse memini, receptas & perulgatas hac aetate opinione videantur secuti; nec enim* *in nascentis Ecclesiæ primordiis, cum undique & ab Ethnicis, & acris etiam à Ju-* *dæis ea oppugnaretur, tutum fuisse prisci Fœderis testimonis abuti, & vulgo probatas* *interpretationes pervellere. Desideratus autem gentibus, is ipse est quem Patriarcha* *Jacob futurum Expectationem gentium moriturus promisit. Is est de quo prædictis Gen. 49. 10.* *Isaias, ita ut verba ejus Paulus represtat: Exsurget regere gentes, in eum gentes spha-* *bunt: & qui Beata spes à Paulo ipso appellatur. Templo autem secundo novam per* *Christum conciliatum iri gloriam vetustissimi Ebræi fatebantur: quam doctrinam re-* *centiores pessum dederunt, secundi Templi majorem fuisse gloriam fingentes quam* *primi, quod diutius aliquanto perseveraverit; quasi ædificiorum splendor ac gloria* *ex vetustate pendaat, qua per eam contra obsolecit. Christiani quidam Templum* *secundum, non quale à Zorobabele exstructum est, sed quale ab Herode instauratum,* *Salomonico augustius fuisse & splendidius arbitrantur, atque eo spectare Aggei vati-* *cinationem. Hanc opinionem acute refellit Villalpandus ex Jofephio, qui ædes duas,* *Cæsaream, & Agrrippam, ab Herode exstructas, Templum magnificientia superas-* *scribit. Nos autem defendere priscorum Judæorum doctrinam possumus, cum ex hoc* *Villalp. Tom. 1, in Ezech.* *Aggei loco, tum ex Malachia tertio capite: maxime vero ex quadragesimo tertio* *pag. 80.* *Ezechielis, ubi magnificum illud Templum sibi visum describens, quale Judæi Messiae* *temporibus excitatum iri asseverant. Elevavit me, inquit, spiritus, & introduxit me in* *atrium interius, & ecce repleta erat gloria Domini domus. Et audiui loquenter ad me de* *Jofeph. de bel.* *domo: & vir qui stabat super me, dixit ad me: Fili hominis, locus solii mei, & locus vesti-* *giorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israël in eternum, & non polluent* *Jud. libr. 1.* *ultra domus Israël nomen sanctum meum, ipsi & reges eorum in fornicationibus suis.* *cap. 16.* *Hinc David appellat Christum, Regem gloria; Paulus, Dominum glorie: hinc de* *Mal. 3. 1, & seq.* *Ezech. 43. 2,* *Psalm. 55. 7, 8.* *1. Cor. 2. 8.*

Sf ij

Zach. 6. 13. eo Zacharias : *Et ipse portabit gloriam.* Pacem autem Templo suo dum hic apud Aggæum promittit Christus , antiquum obtinet , quem jam sexcentis Prophetarum testimonii pacis principem & auctorem esse didicimus. Igitur inter venientis Messiae præsignificationes hanc quoque retulit vetustus Ebraeorum Magister R. Akiba , ut in memorato jam à nobis toties postremo capite libri Sanhedrin proditum est.

Agg. 1. 22. & seq. Ea quam dedimus superioris Aggæi prædictionis expositio , viam munit ad eorum intelligentiam , in quibus ipsius Propheta concluditur. Illic Zorobabeli nuntiare jubar Aggæus , futurum ut cœlum & terram Deus commoveat , regna subvertat , exercitus delectat : *In die illa , dicit Dominus exercitum , assūmā te , Zorobabel fili Salathiel , serue meus , dicit Dominus ; & ponam te quasi signaculum , quia te elegi , dicit Dominus exercitum.* Commotio illa cœli & terra , ea est quam adventante Messia gentibus defiderato eventuram hoc ipso capite supra dixit. Regnorum subversionem eam intellige , quæ fit per *Arma militiae , non carnalia , sed potentia Deo ad destructionem munitionum.* Sic Michæas quinto capite , quo Messia mysteria pandi docui : *Et erit in die illa , dicit Dominus , auferam equos tuos de medio tui , & dispergam quadrigas tuas.* Sic Zacharias : *Et dispergam quadrigam ex Ephraim , & equum de Jerusalem , & dissipabunt arcus beli , & loquetur pacem gentibus.* Zorobabelis autem parentis nomine Christus filius intellegitur , uti apud Jeremiam & Ezechielem Davidis nomine affectum eum vidimus. Posturum se eum ait Deus sic tanquam signaculum : *Hunc enim pater signavit Deus , inquit Johannes de Christo Jesu.*

1. Cor. 10. 4.  
Mich. 5. 10.

Zach. 9. 10.

Joh. 6. 47.

Prophetia  
Zachariae ,  
Zach. 2. 8. &  
seq.

Psalm. 109. 1.  
Soph. 3. 14. 15.

Ezech. 17. 27.

Zach. 12. 8. & 6.

12. 13.

Isa. 4. 1. & 11.

1. & 5. 2.

Jer. 33. 1. &

33. 15.

Ezech. 34. 19.

Num. 24. 17.

Psalm. 71. 7.

M. 1. 4. 1.

Luc. 1. 78.

Mich. 4. 4.

Zach. 6. 13.

XXIX. Aggeo succedit Zacharias , qui creberimas & ipse de Messia prædictio-nes edidit. Nos primam hanc promudemus è secundo capite : *Hec dicit Dominus exercitum : Post gloriam misit me ad gentes , que spoliaverunt vos : qui enim tetigerit vos , tangit papillam oculi mei : quia ecce ego levo manum meam super eos , & erunt præde his qui serviebant sibi , & cognoscetis quia Dominus exercitum misit me.* Lauda , & letare , filia Sion , quia ecce ego venio , & habitabo in medio tui , ait Dominus. Et applicabuntur gentes multe ad Dominum in die illa , & erunt mihi in populum , & habitabo in medio tui , & scies quia Dominus exercitum misit me ad te. Diligenti observatione digna sunt verba hæc ; nam & predicunt Christi adventum , & ejus divinitatem manifesto prædicant. Notandum quippe est loqui Dominum ipsum , & hæc de se profari : *Et scies quia Dominus exercitum misit me.* Ergo Dominus à Domino missus , Deus à Deo , Filius à Patre , quo præclara Messiae significatio continetur. Sic centesimo nono Psalmō :

*Dixit Dominus Dominus meo , Sede a dextris meis.* Porro similia de Christo nuntiantem Sophoniam supra audivimus : *Lauda , filia Sion , jubila Israël , letare & exulta in omni corde , filia Jerusalem : rex Israël Dominus in medio tui.* Sic & de se Messias ipse apud

Ezechielem : *Et erit tabernaculum meum in eis.*

Sequitur apud Zachariam memorabilis illa de Messia prædictio : *Ecce enim ego adducam servum meum Orientem. In die illa , dicit Dominus exercitum , vocabit vir amicum suum subter vitem , & subter ficum : quam subinde repetit: Hec ait Dominus exercitum , dicens , Ecce vir Oriens nomen ejus , & subter eum orietur , & adificabit Templum Domini.* Qui apud Interpretē Vulgatum appellatur Oriens , & apud Græcos Interpretētes ἀνατολήν , ἀραιόν , βραχὺν , is Ebraice dicitur צְדֻקָּה , hoc est , Germen , quo nomine passim Christus cenfetur , quemadmodum alibi à me dictum est. Nam Germen Domini dicitur Isaiae , & Virga de radice Jesse , & Virgultum , & Radix , & Germen iustum Jere-miæ , & Germen nominatum Ezechiel. Orientis quoque nomen agnoscitur in his verbis Balaami ad Christum pertinentibus : *Orietur stella ex Jacob : & in illis septuaginta primi Psalmi Christum quoque prænuntiantibus : Orietur in diebus ejus iustitia , & abundantia pacis : & in ipsis Malachia , qua ad Christum quoque spectant : Orietur vobis timentibus nomen neum Sol iustitiae : & in his Zacharia alterius apud Lucam : Per vi-sera misericordie Dei nostri vistavit nos Oriens ex alto.* Servi quoque nomen sœpe obti-nent in libris Prophetarum , ut probavimus supra. Inde adeo Jonathan ben Uziel Germ-en , his Zacharia locis , interpretatus est Messiam : ita & R. Selomoh Jarchi , & Maimonides , ita & in Hierofolymitani Thalmudis libro Beracoth. Pacem qua mun-dum beabit Messias istud pene verbis describit Michæas : *Et sedebit vir subitus vitem suam , & subitus ficum suam , & non erit qui deterreat.* Scio hæc à recentioribus Judæis , & à Cyrillo etiam , & Theodoreto , & novissime à Grotio , ad Zorobabelē referri: verum obstat quod sequitur : *Et erit Sacerdos super solio suo ; nec enim in Veteri lege jus erat Sacerdotibus sedendi in sella regia. Itaque redditur Judæi : Et erit Sacerdos ante solium ejus , ut ὑπ position sit pro ὑψοῦ , vel ἡγεμονίᾳ.* Præterea quod capite quarto de Templi instauratione per Zorobabelē administranda positum est , eorum simile que de Oriente sexto capite narrantur , Judæorum faverit opinioni. Sed tamen testimonio-